ſunt. Ab ejusmodi doctoribus illi, qui armentorum pecorumque ægrotorum curam habent, ut ſalutaria conſilia, atque auxilia petant, adigendi ſunt. Vid. Cel. Jo. Chriſt. Polyc. Erxleben Einleitung in die Vieharzneykunſt. Göttingen 1769. practiſcher Unterricht in der Vieharzneykunſt. ibidem 1771. Hrn. Franz Joſ. L. B. von Tam bewährte Horrn: Schaf- Pferd- und Federviehs Arzneykunſt. Wien 1765. Hrn. von Sind vollſtändiger Unterricht in den Wiſſenſchaften eines Stallmeiſters. Frankf. u. Leipz. 1769 Ejusd. Abhandlung von der Nähkrankheit der Pferde. ib. 1768.

## Cap. X.

### De pharmacis, quæ in pharmacopolis publicis proſtare debent.

### §. CXXIX.

#### Pharmacorum Schema.

Licet inutili remediorum copia officinæ publicæ haud gravandæ ſint; neceſſarius tamen eorum numerus rectaque qualitas, requiritur. Aliquam de illis normam daturus, ſchema aliquod, a viris nonnullis in medicina ac pharmacia eruditiſſimis datum a ſummo Magiſtratu comprobatum, & a me notulis auctum, hic ſubiiciam; quod pharmacopoliis apta ratione viſitandis inſervire po-

poterit. Cum autem in urbium minorum officinis pharmacevticis remedia ſimplicia bonæ notæ, & ex compoſitis non niſi uſitatiſſima, aſſervare, ſatis ſit; aſteriſmo notatorum coëmptio & præparatio ejusmodi pharmacopœis præcipienda non eſt; cum plerumque ad Medici atque Chirurgi, ibi, vel in vicinia, habitantium, præſcripta pharmacorum, maxime compoſitorum, apparatum accommodent.

Schol. Primo corpus pharmacevticum ſecundum tria naturæ regna, & dein chymicum pertractantur. Interdum tamen, propter materiarum ſimilitudinem, ab hoc ordine receſſum eſt.

## §. CXXX.

Naphtha terrae ejusque producta.

Naptha terrae, vel petroleum album.

Ambra griſea, levis, ſtriata, maculoſa ſit, rubrum vilius eſt. Acui candenti non adhaereat, accenſa flammam concipiat, gratumque odorem ſpargat, & nihil vel parum relinquat.

Aſphaltum, bitumen Judaicum, eſt bitumen minerale, induratum, fragile, ſplendens, nigrum, tritum fuſcum, accenſi odor gravis.

Succinum in fragmentis.
Praeparatum.

## §. CXXXI.

Sales ſtyptici eorumque praeparata.

Alumen crudum.
Uſtum.
Vitriolum album.
Cyprinum.
Martis, purum non natura, ſed arte producitur.
Colcothar, ſeu caput mortuum vitrioli.
Naphtha.
Oleum vel acidum concentractum.
Phlegma, vel ros.
Spiritus.
dulcis hic naphtha vitrioli nobilitatus liquorem mineralem anodynum Hoffmanni conſtituit.

## §. CXXXII.

Arſenicum & auri pigmentum.

Arſenicum, ſal ſemimetallicus eſt.
* Pulverulentum, album.
Cryſtallinum, naturale.
Artificiale, cum ſale alcalino ſublimando factum.
* Flavum ex IX. arſenici partibus & ſulphuris una ſublimando factum.

* Ru-

* Rubrum ex X. arſenici & ſulphuris duabus partibus eod. modo fit. Flavum & rubrum natura productum rarius occurrit.

Auripigmentum, ſandaracha Graecorum eſt minerale ex arſenico & ſulphure conſtrans, flavum, & micis quaſi aureis ſplendens. Ex hoc & aqua calcis vivae liquor docimaſticus vinorum lithargyrio infectorum, hepar ſulphuris arſenicale, paratur, & recens ad hunc uſum optimus eſt.

§. CXXXIII.

Sulphur.

Sulphur citrinum, particulis terreis non inquinatum ſit.

Flores ſulphuris, eſt ſulphur ſublimando depuratum.

Lac ſulphuris.

§. CXXXIV.

Sales eſſentiales.

Ad ſales acidos eſſentiales, in officinis ſevandos hi referuntur:

Sal aceto ſellae.

Suicini volatilis, ſunt cryſtalli ſquamoſae, oleoſo-acidae. Succino pulverato, cremore tartari, ſaccharo Thomae, ſale ammonico vel communi adulterars ſolent.

Tar-

Tartarus crudus.
Cremor tartari, terra alba non adulteratus ſit.
Cryſtalli tartari.

## §. CXXXV.

Sales alcalici, volatiles et fixi.

Salium alcalinorum volatilium atque fixorum ſequentes, puri, in officinis proſtare debent:

Sal cornu cervi volatilis.
Volatilis Anglicanus ſiccus, a cathartico Anglicano differt.
Oleoſus ſylvii.
* Viperarum.
Cineres clavellati, albi ſint.
Sal abſintii.
Cardui benedicti.
Centaurei minoris.
Geniſtæ.
Plantarum, vel herbarum univerſalis.
Sales plantarum ſuphuris acido non imbuti, multo minus ſaturati, ſint.
Sodæ, vel ſoda Hiſpanica depurata.

## §. CXXXVI.

Sales medii.

Sales medii accurate ſaturati, nec particulis terreis, vel metallicis, inquinati ſint.

Sal acidularum catharticus. v. c. Ebſhamienſis, Egranus, Sedlizenſis, Seidſchutzenſis &c. vel artificialis ad horum naturam præparatus.
Ammoniacus.
Flores martiales, aroph. Paracelſi.
Simplices.

## §. CXXXVII.
### Sacchara.

Ex ſacchari ſpeciebus ſequentes in officinis ſervantur:

Saccharum album, durum, albiſſimum ſit. A veterum ſaccharo naturali, ſeu ſucco arudinis ſacchariferæ, ſolis calore inſpiſſato, ut artificiale, differt.
Lactis.
Penidium.
Perlatum.
Manna eſt ſuccus dulcis, natura concretus, cum ſaccharo naturali ſimilitudinem habéns. Calabrina duriuſcula & quodammodo translucens eſt.

## §. CXXXVIII.
### Terrae.

Terræ officinales genuinæ & puræ ſint, ceteroquin perinde eſt, ex quanam regione deſumptæ ſint.

Bo-

Bolus alba, linguæ prompte adhæret, at
que ex albo rubeſcens eſt.

Rubra.

Calx viva, recens & bene aſſervata ſit.

Magneſia nitri eſt terra alcalina, evaporatione, & calcinatione, non autem præcipitatione cum acido vitrioli, præparanda. Leviſſima atque albiſſima ſit.

Terra ſigillata alba.

Rubra. A bolis non, niſi forma, differunt.

## §. CXXXIX.

### Lapides.

Pluribus lapidibus uſu medico deſtitutis officinæ gravatæ ſunt; ex illis hi uſitatiores ſunt.

Corallia alba.

Rubra.

* Cryſtallus montana præparata; qua tamen, tanquam humoribus noſtris in ſolubili carere poſſumus.

Lapis hæmatitæ.

Spongiarum.

## §. CXL.

### Metallica & ſemimetallica.

Ceruſſa alba, pura & ponderoſa ſit.

Chalybis vel Martis limatura, pura, nec

particulis aeneis aut auricʰa'ceis qualis clauſtrar'orum eſt, inquinata, nec ferrugine exeſa ſit.

Crocus Martis adſtringens, rubeus eſt.

Aperitivus antimoniatus Stahlii dilâte rubet, atque antimonio diaphoretico martiali quodammodo ſimilis eſt.

Lapis infernalis, lunaris, niger & compactus ſit.

Litthargyrium; quod prò calcinationis gradù & colore flavo vel albo, in aureum atque argenteum vulgo dividunt.

Minium.

Plumbum uſtum.

Saccharum ſaturni cryſtallinum.

Viride aeris, vel ærugo aeris.

Cadmia fornacum (Ofenbruch) vel nihil { album, pompholyx, flores Zinci albi, acrimoniæ expartes ſint. Griſe-um, tutia præparata, modice gravis. }

Foſſilis, lapis calaminaris, minera Zinci cinerea vel rubeſcens eſt.

## §. CXLI.

Antimonium ejusque præparata.

Antimonium crudum, purum atque ſtriatum ſit.

dia-

diaphoreticum edulcatum, album, in ſipidum, non emeticum ſit.
non edulcatum.
Martiale, vel cachecticum martiale.
Antimonii butyrum, liquor craſſus, regulino acidus & corroſivus eſt.
Clyſus.
hepar, vel crocus metallorum, calx antimonii partibus regulinis inquinata, emetica, atque fuſca eſt; ad tartari emet. præparationem adhibetur.
Regulus martialis.
medicinalis, ſeu febrifugum cranii, ſine ſale communi parandus, a ſcoriis rite ſeparatus ſubtiliſſime pulveratus, inſipidus&coloris punicei ſit.
Sulphur auratum ultimæ præcipitationis.
rubrum, vel Kermes minerale, multo cariore, quam præcedens, pretio conſtat.
Vitrum rite fuſum, & coloris hyacinthini, ſit. Ex hoc tartarus emeticus præparatur, & reſpectu doſeos, ancum duplici vel ſimplici cryſtallorum tartari portione factus ſit, ſciendum eſt.

## §. CXLII.

Mercurius ejusque præparata.

Mercurius currens, ſeu vivus, purus ſit. dulcis, denſus atque inſipidus ſit, cum aqua calcis vivæ colorem nigreſcentem, ſed cum ſolutione alcalina non aurantium, induat. Rarus & acris nocet.

Præcipitatus albus, probe edulcatus ſit.

ſublimatus, vel corroſivus, acerrimum venenum eſt. Turpetthum minerale, citrini coloris, probe edulcatum ſit.

Aethyops mineralis.

Antimoniatus.

Cinnabaris factitia.

nativa, pura particulis lapideis non inquinata ſit; factitiæ puræ non eſt præſtantior præparata; uſibus internis deſtinata minio non adulterata ſit.

## §. CXLIII.

Fungi.

Ad fungos officinales ſequentes pertinent:

Agaricus, albiſſimus, levis & fragilius ſit.

trochiscatus, recens, nec viribus defectus ſit.

quer-

quercus pedis equini facie, præ paratus, hæmotaſticus.

Fungus chirurgorum, lycoperdon.
- - Sambuci.

## §. CXLIV.

### Radices officinales.

Radices juſto tempore effoſſæ, rite depuratæ, ſiccatæ atque aſſervatæ, non corruptæ, carioſæ, atque inertes ſint.

Radix althææ.

Alkannæ rubræ, ſapor ex ſubacri ſubdulcis.

Angelica, fibroſa, ex ſubacri amareſcens apii.

Ari, aronis, ſerpentariæ majoris. Sapor non nimis veſtutæ acris.

Ariſtolachiæ cavæ, globoſa, intus cava, fuſca, peramara.

Radix ariſtolachiæ veræ { longæ, craſſa, extus fuſca, intus alba, amareſiens. Rotundæ, craſſa, aliquatenus globoſa, extus fuſca, intus ſubflava, amara. }

Aſari, tenera, fibroſa, extus fuſca, intusſubflava, acerrima.

Aſparagi ſativi.

Bardanæ.

Biſtortæ, vel ſerpentariæ vulgaris rubræ, acerba; extus ſubnigra, intus rubea.

 * Bruſ-

* Bruſci vel ruſci, myrti folii, aculeati, albida, ex ſubdulciamara
Bryoniæ, vitis albæ, prægrandis, alba, ex acri amara.
Calami aromatici acori veri, excorticata alba, ex acri amara.
* Capparum, ſubflava, ſubdulcis.
Carlinæ, cardopatii, ſubflava ex acri ſubdulcis.
Caryophyllatæ, fibroſa, fuſca, ſapor & odor aromaticus.
Chinæ, craſſa, ponderoſa, farinoſa, fere in ſipida, extus fuſca, intus ex pallido rubea. Non ſit carioſa.
Cichorei ſylveſtris, extus fuſca, intus ſubflava, amareſcens.
Corſolidæ majoris, ſymphyti, extus nigra, intus fuſca, mucilaginoſa, inſipida.
Contrayervæ Peruvianæ, fibroſa, extus fuſca, intus ſubflava, ſubacris.
Coſti amari, craſſa, interdum per medium diſſecta, extus fuſca, intus ſubflava, ex ſubacri amareſcens.
Curcumæ, ponderoſa, ſaturate flava, aromatica, non carioſa, ſit.
Cyperi rotundi, parva, coniformis, extus fuſca, intus ſubflava, ex acri aromatica.
Dyctamni albi, hujus radicis cortex al-

albus in officinis ſervatur, odor aromaticus, ſapor ex ſubacri amarus.

Enulæ, helenii, fuſca, ſapor ex acri amarus, odor aromaticus.

Galangæ minoris, tuberoſa, ponderoſa, extus fuſca, intus rubea, acris, aromatica, non carioſa ſit.

Glycyrrhizæ, lequiritiæ.

Ejus baculi.

Graminis.

Hellebori albi, extus ſubnigra, intus alba, ſapor ex amareſcente peracris.

nigri, nodoſo-fibroſa, ſapor ex amaro acris.

Hermodactylorum, cordiformis, in uno latere ſulcata, extus ſubflava, intus alba, farinoſa, ſubacris.

Jalappæ, mechoacannæ nigræ, fuſca ponderoſa, ex acri dulcis.

Imperatoriæ majoris, oſtrutii, extus fuſca, intus ſubflava, ex amaro acris, fragrans.

Ipecacuannæ, tenuis, nodoſa, extus griſea, intus ſubflava, ex acri ſubamara.

Ireos Florentinæ, alba, farinoſa, ex dulci acris, odor violaceus.

Leviſtici, extus fuſca, intus ſubflava, ex ſubdulci ſubacris aromatica.

Liliorum alborum, alba, mucilaginoſa, ex amaro ſubdulcis.

* Malvæ vulgaris.
* Mechoacannæ albæ, craſſa, extus fuſca, intus griſea, farinoſa, ex ſubdulci peracris.
* Pareiræ bravæ, craſſa, lignoſa, extus nigra, intus griſea, ex amaro acris.
* Petaſitidis majoris.
Petroſelini vulgaris.
Pimpinellæ albæ, extus ex fuſco flava, intus alba peracris.
* Plantaginis aquaticæ.
Pœoniæ, intus alba farinoſa ſubdulcis.
Polypodii vulgaris, extus ex fuſco nigreſcens, intus fuſca, dulcis non lignoſa.
Pyrethri officinalis, extus obſcure, intus dilute, fuſca, peracris.
Rhabarbari orientalis ponderoſa, ſaturate flava, ſtriis rubeis diſtincta, non carioſa, vel ſitu, corrupta, ſit.
Rubiæ tinctorum, extus pallide, intus ſaturate, rubra, ſubarama.
Saponariæ majoris, lævis, extus fuſca, intus ſubflava, ſubdulcis.
Sarſaparillæ, tenuis, longa, extus fuſca, intus alba, farinoſa, ſubdulcis.
Scorzoneræ lati foliæ, extus flava, intus alba, farinoſa, ſubdulcis.
Spicæ Celticæ, alpinæ, Valerianæ Celticæ, ſunt radices cum foliis abato-

to-oblongis, obluſis, integerrimis. Color fuſcus, odor armaticus, ſapor amarus.

Indicæ, nardi, graminis cyperoidis aromatici Indici, ſpica incurva, ciliata ſtructura fibroſa, color fuſcus, ſapor, amarus & aromaticus. Florum nomine utraque vulgo venit.

Squillæ, ſcillæ, alba vel ſubrubra, bulboſa, amara, taraxaci, extus fuſca, intus alba, ſubamara.

Tormentillæ, nodoſa, extus obſcure, intus dilute, fuſca, adſtringens.

Turpethi, lignoſa, extus obſcure fuſca, intus pallida, ſubacris.

Valeriane majoris, fibroſa, fuſca, ex acri amareſcens, minoris, fibroſa, extus fuſca, intus alba, ſub acris aromatica.

Vincetoxici, hirundinariæ, fibroſa, extus ſubflava, intus alba dulcis.

Zedoariæ, tuberoſa, cinerea, ex acri amaricans, fragrans.

Zingiberis albi, nodoſa, pallida, acris aromatica, non carioſa ſit.

nigri, ejusdem plantæ radix, infuſione cum aqua fervida ita immutata.

§. CXLV.

## §. CXLV.

### Herbæ.

Herbæ genuinæ, juſto tempore lectæ, rite ſiccatæ, & mundæ, nec vetuſtate inertes, aliove modo corruptæ, ſint.

Herba abrotani, anguſti folii, chamæcy pariſſi vel ſantolinæ, pedunculis unifloris, foliis quadrifariam dentatis. Recens citrum olet, ſapor ex amaro acris eſt.

* Abſinthii Pontici, artemiſiæ foliis multipartitis, ſubtus tomentoſis, floribus ſubrotundis nutantibus, receptaculo nudo. Sapor amarus.

Vulgaris, artemiſiæ, foliis compoſitis, multi, fidis, floribus ſubgloboſis, pendulis, receptaculo pappolo. Sapor peramarus.

* Acetoſæ, rumicis, floribus hermaphroditicis, foliis haſtatis.

* Acetoſellæ, oxalis, ſcapo unifloro, foliis ternatis.

Adianthi albi, rutæ murariæ, aſplenii, frondibus alternatim decompoſitis, foliolis cunei formibus, crenulatis. Sapor amareſcens.

nigri veri, capilli Veneris, aſplenii, frondibus ſubtripinnatis,

natis, foliolis alternis, pinnis lanceolatis. Sapor ſubdulcis. Inter V. herbas capillares refertur.

Agerati, eupatorii Meſues, achilleæ, foliis lanceolatis, obtuſis, acute ſerratis. Sapor amarus eſt.

Agrimoniæ, foliis caulinis pinnatis, empari petiolato, fructibus hiſpidis. Sapor ex ſubamaro adſtringens.

Alceæ, foliis ſinuato angulofis.

Alchimillæ, majoris, foliis lobatis. Sapor ſubamarus atque adſtringens.

Althææ, biſmalvæ, hibiſci, foliis ſimplicibus tomentoſis. Herbis V. mollientibus accenſetur.

Anagallidis, foliis indiviſis, floribus puniceis. Sapor ex amaro acris.

Anethi hortenſis, graveolentis, ſeminibus compreſſis.

Ariſtolochiæ longæ, foliis cordato-oblongis, undatis, caulæ infirmo, floribus ſolitariis. Sapor peramarus, nauſeoſus.

Arnicæ, veræ, ptarmicæ montanæ, doronici plantaginis folio, foliis caulinis oppoſitis.

Artemiſiæ, caule purpuraſcente, foliis pinnati fidis, planis, laciniatis, floribus erectis.

Aſari, foliis petiolatis, ſubcordatis, floribus trifidis. Sapor amarus.

* Baſilici, ocymi vulgatioris citrati, foliis ovatis, glabris, calycibus ciliatis. Sapor acris, odor aromaticus.

Betonicæ, ſpica interrupta, corollarum lacinia labii intermedia emarginata. Sapor ſubacris.

* Borraginis, foliis omnibus alternis, calycibus patentibus.

* Botryos Mexicanæ, ambroſioidis, chenopodii, foliis oblongis, ſinuatis, racemis nudis, multi fidis. Odor ſuavis, ſapor amarus.

Brancæ urſinæ, acanthidis, foliis ſinuatis inermibus. Subacris eſt & viridi colore ſpiritum vini tingit.

Cardui benedicti, centaureæ, calycibus duplicato ſpinoſis, lanatis involucratis, foliis ſemi decurrentibus, denticulato-ſpinoſis. Sapor amarus.

Centaurii minoris, gentianæ, corollis quinque fidis, Hypocrateri formibus, calycibus membranaceo carinatis, caule dichotomo foliis cordatis. Sapor amarus.

Chærefolii, ſcandicicis, ſeminibus nitidis ovato-ſubulatis, umbellis ſeſſilibus, tateralibus. Odor balſamicus, ſapor ex ſubacri aromaticus.

Cha-

Chamædryos, teucrii, foliis cunei ſormi ovatis, inciſis, crenatis, petiolatis, floribus ſubverticillatis, ternis, petiolat.s. Sapor ex amaro ad ſtringens.

Chamæpytios, ivæ artheticæ, teucrii, foliis triſidis, linearibus integerrimis, floribus ſeſſilibus, lateralibus ſolitariis, caule diffuſo. Sapor amarus, recentis odor terebinthinæ æmulus.

Chelidonii majoris, pedunculis multi floris. Sapor ex acri ſubamarus & adſtringens.

minoris, ranunculi, foliis cordatis, angulatis, petiolatis.

Cicutæ majoris, aquaticæ maculatæ Geſneri, conii maculati, ſeminibus ſtriatis. Recentis odor cantharidum odori ſimilis, ſiccæ ſapor ſub acris.

* Cochleariæ foliis radicalibus ſubrotundis, caulinis oblongis, ſubſinuatis.

* Conſolidæ majoris, ſymphyti, foliis ovato - lanceolato - decurrentibus. Sapor mucilaginoſus.

* Saracenicæ, virgæ aureæ anguſti foleæ, minus ſerratæ, ſolidaginiscaule erecto, racemis alternis erectis. Sapor acris & adſtringens.

* Cynogloſi, foliis lanceolato, ovatis, tomentoſis, corollis calycem æquantibus. Recentis odor quodammodo narcoticus eſt.

* Dictamni Cretici veri, crigani foliis tomentoſis, ſpicis nutantibus odor & ſapor aromatici ſunt.

* Ebuli, ſambuci, cymis trifidis, ſtipulis foliaceis, caule herbaceo. Recentis odor gravis.

Eryſimi, ſiliquis ſpicæ adpreſſis, foliis runcinatis. Siccæ odor ingratus, ſapor nullus, recentis autem acris.

Euphraſiæ flore albo, foliis ovatis, linearibus, argute dentatis.

Farfaræ, tuſſilaginis, ſcapo imbricato unifloro, foliis ſubcordatis, angulatis denticulatis.

Fœniculi, anethi, ſeminibus ovatis.

Fummariæ, pericarpiis monoſpermis, racemoſis, caule diffuſo. Sapor ex ſubacri amarus.

* Galegæ, rutæ caprariæ, leguminibus ſtrictis, erectis, foliolis lanceolatis, ſtrictis, nudis. Sapor dulcis.

* Geranii Robertiani, pedunculis bifloris, foliis quinque trive partitis, lobis pinnatifidis, calycibus hirſutis. Recens fœtet.

* Ga-

Gratiolæ, digitalis minimæ, floribus pedunculatis, ſerv tis. Sapor ex acri am rus, nauſeoſus,

Hederæ terreſtris, glaucomatis foliis reniformibus, crenatis. Siccæ ſapor ingratus.

* Hepaticæ nobilis, anemones foliis trilobis, integerrimis. Sapore & odore caret.

ſtellatæ, matriſylvæ, aſperulæ foliis octonis, lanceolatis, floribus faſciculatis, pedunculatis. Odor ſuavis, ſapor ſubamarus. Huic alias galii ſpeciesv.c quaticum, mollunginem &c. male ſubſtituunt.

* Herniariæ glabræ herbaceæ, millegrnæ. Recentis ſapor ſubſalſus.

Hyſſopi, ſpicis ſecundis. Recentis ſapor & odor aromaticus.

* Leviſtici, liguſtici, foliis multiplicibus, foliolis ſuperne inciſis. Apium quodamodo ſapit. Odor aromaticus.

* Linariæ vulgaris, flore luteo, antirrhini, foliis lanceolato-linearibus, confertis, caule erecto, ſpicis terminalibus ſeſſilibus, floribus imbricatis.

* Lupuli ſalictarii, humuli.

Majoranæ, origani, foliis ovatis, obtuſis, ſpicis confertis, compactis pubeſcentibus. Recentis ſapor acris, odor aromaticus.

Malvæ vulgaris, caule procumbente, foliis cordato - orbicularibus, obſolete quinquelobis. Sapor mucilaginoſus.

* Mari veri, Syriaci, teucrii, folis ovatis, utrinque acutis, integrrimis. Recentis oder fragantiſſimus, ſapor acris.

Marrubii albi, denticulis calycinis ſetaceis, uncinatis. Sapor amareſcens.

Meliloti vulgaris, trifolii, floribus racemoſis, leguminibus nudis, diſpermis, caule erecto. Odor gratus, melleus.

Meliſſæ hortenſis citratæ, floribus ex axillis inferioribus ſubſeſſilibus. Citrum olet.

Menthæ criſpæ, floribus ſpicatis, foliis cordato dentatis, undulatis, ſeſſilibus. Odor aromaticus, ſapor ex acri amarus.

Mercurialis, caule brachiato, foliis glabris. Mucilaginoſa eſt, & V. herbis emollientibus annumeratur.

Millefolii, achillieæ, foliis duplicato-pinnatis, glabris, laciniis linearibus, acute laciniatis.

Nicotianæ, hyoſcyami Peruviani; foliis lanceolatis. Odor quodammodo narcoticus, ſapor acris & nauſeoſus.

Ori-

Origani Cretici ( vulgo Spaniſcher Hopfen) ſpicis aggregatis longis, prismaticis, rectis, bracteis membranaceis calyce duplo longioribus. Sapor ex acri amarus, odor aromaticus.

— — vulgaris, ſylveſtris, ſpicis ſubrotundis, paniculatis, glomeratis, bracteis calyce longioribus, ovatis.

* Oreoſelini, athamantæ foliolis divaricatis, ſelini pinnis ad angulos obtuſos pinnatis, pinnulis inciſis, non ſerratis. Sapor ex ſubacri aromaticus.

Prunellæ, conſolidæ minoris, bracteis cordatis.

Pulegii, menthæ, floribus verticillatis, foliis ovatis, obtuſis, ſubcrenatis. Sapor ex acri amarus, odor aromaticus.

Pulmonariæ maculoſæ, foliis radicalibus ovato cordatis. Mucilaginoſa eſt, maculas etiam ſicca retinet.

Roris marini hortenſis, anguſtiore vel latiore folio. Sapor ſubamarus, odor aromaticus.

Salviæ, foliis lanceolato-ovatis, integris, crenulatis, floribus ſpicatis, calycibus acutis. Sapor ſubamarus, odor aromaticus.

Saniculæ, foliis radicalis ſimplicibus, floſculis omnibus ſeſſilibus.

Saponariæ maioris, lævis, calycibus monophyllis, cylindricis, foliis ovato lanceolatis.

* Satureiæ hortenſis, pedunculis bifloris. Odor fragans, ſapor peracris, aromaticus.

Scabioſæ, corollulis, quandrifidis, corollis radiatis, caule hiſpido.

* Schœnanthi cum floribus, iunci odorati ſpicati, laguri ſpiculis paniculæ coniugatis, ovatis. Saporem amarum præſtat, atque odorem aromaticum ſpargit. Spica non orbatus ſit.

* Sclareæ, hormini, ſalviæ foliis rugoſis, cordatis, oblongis, villoſis, ſerratis, bracteis floralibus, calyce longionibus, concavis, acuminatis.

Scolopendii vulgaris, linguæ cervinæ, aſplenii frondibus enſiformibus, integris, baſi cordatis, inflexis.

— — linguæ cervinæ veræ, ceterach, aſplenii, frondibus pinnatifidis, lobis alternis confluentibus. Sapor nullus.

Scordii noſtratis, teucrii, foliis ovato lanceolatis, ſerrulatis, ſeſſilibus, floribus ſæpe binatis. Odor alliacius, ſapor amarus.

Serpilli vulgaris, thymi floribus capitatis, caulibus decumbentibus, foliis planis, obtuſis, baſi ciliatis. Sapor acris, odor aromaticus.

* Sideritidis, betonicæ verticillatæ, calycibus ſpinoſis. Odor haud ingratus, ſapor nullus.

Tanaceti vulgaris, lutei, foliis pinnatis, pinnis pinnatifidis, ſerratis. Sapor amarus, odor gravis.

Thymi vulgaris, erecti, foliis revolutis, ovatis, floribus verticillato ſpicatis. Sapor ex amaro acris, odor aromaticus.

Trifolii aquatici, fibrini, menyanthæ foliis ternatis. Sapor peramarus.

Verbaſci, foliis vtrinque tomentoſis, decurrentibus.

Verbenæ, ſpicis filiformibus, foliis multifido laciniatis. Sapor ſubamarus, adſtringens.

Veronicæ officinalis, ſpicis laterali-
bus pedunculatis, foliis
oppoſitis, caule procum-
bente. Sapor amareſcens,
odor haud ingratus.

Vincæ pervincæ, foliis ovatis. Sa-
por amarus, ſubadſtringens.

* Urticæ mortuæ, lamii flore albo, fo-
liis cordatis, acuminatis, petiola-
tis, verticillis viginti floris.

## §. CXLVI.

### Flores.

Flores genuini recto tempore collecti, in aëre ſicco cito ſiccati, probe aſſervati, nec vetuſtate corrupti ſint. Vires facile amittentibus officinæ onerandæ non ſunt.

Flores acaciæ, ſapor amareſcens, odor gratus.

Anthos, roris marini, recentes & fra-
grantes ſint.

Arnicæ veræ, doronici plantaginis
folio, ſapore acres, colore ſubflavi.

Aurantiorum, naphæ, odorem amit-
tunt.

Balauſtiorum, granatorum, rubri, ad-
ſtringentes.

Bellidum minorum.

Borraginis, floribus IV. cordialibus annumerantur, fuſci fiunt.

* Bugloſſæ, ex IV. cordialibus, colorem fere purpureum ſervant, ſapore ſubacres ſunt, his in officinis echii vulgaris flores vulgo ſubſtituunt.

Calendulæ, color flavus perdurans, & ſapor ex acri amarus eſt.

* Carthami, cnici ſubacres, & obſcure flavi ſunt, ſalivam colore dilute flavo tingunt.

Centaurii minoris, rubri, amari.

Chamomillæ Romanæ, color albus, ſapor ex amaro aromaticus, odor balſamicus.

vulgaris, ſublutei, odore grati, ſapore amari.

Cheiri, levcoii lutei, odor gratus, ſapor ex acri amareſcens.

Croci orientalis piſtilla, pura, odore fragrante, ſapore ex acri amareſcente prædita, nec carthami vel granati floribus &c. adulterati ſint.

Farfaræ, tuſſilaginis, color luteus, ſapor ſubacris.

Geniſtæ, ſpartii, color ex flavo ſubviridis, ſapor ſubacris.

Hyperici, ex flavo fuſci, & ex amaro adſtringentes.

* Liliorum alborum, flaveſcunt atque odorem perdunt.

* convaliium, flaveſcunt, odore privan tur, amarum ſapiunt.

Malvæ arboreæ, color purpureus, ſapor ſubacris.

Meliloti, flavi, odore grato.

Millefolii, ſeu ejus ſummitates.

* Nympheæ albæ, flaveſcunt, ſaporem ex amareſcente adſtringentem præſtant.

Papaveris erratici.

* Perſicorum, ſapor ſubdulcis eſt, color in obſcure fuſcum mutatur.

* Pœoniæ, color purpureus, ſapor ex dulci amareſcens.

Primulæ veris, paralyſeos, color virideſcit, odor haud ingratus, ſapor ſubdulcis.

* Roſarum albarum.

* pallidarum.

rubrarum.

* Salviæ, color fuſcus fit, odor gratus, ſapor ex ſubacri aromaticus eſt.

Sambuci, color ſubflavus, odor ingratus, ſapor ſubamarus eſt.

Saſ-

* Saſſafras, magni conſtant, colorem & odorem maxima ex parte perdunt.

* Scabioſæ, color coeruleus ex parte palleſcit, ſapor ſubacris eſt.

Spicæ Celticæ & Indicæ vide inter radices.

* Stœchadis Arabicæ, odor quodammodo aromaticus, ſapor ex acri amareſcens.

* Citrinæ, germanicæ, gnaphalii, color flavus, ſapor amareſcens.

* Tanaceti, color flavus, ſapor amarus, odor ingratus.

Tiliæ, color ſubflavus, ſapor ſubdulcis, odor gratus.

* Tunicæ, color ex parte flaveſcit, odor gratus, ſapor ſubdulcis.

Verbaſci, color in fuſcum mutatur, odor ſuavis, ſapor ex dulci ſubadſtringens.

Violarum, ſapor ſubamarus eſt, colorem atque odorem ſat cito perdunt, niſi in vitris, loco calido probe ſerventur,

Urticæ mortuæ albæ.

## §. CXLVII.

### Semina.

Semina matura, pura ac probe aſſervata, nec vetuſtate rancida ſint.

Semen amomi, baccæ rotundæ, pipere paulo majores, ex fuſco-nigricantes, ſapore atque odore aromatico.

Anethi hortenſis, compreſſum, quaſi membranaceum, tribus ſtriis inſignitum, colore dilute fuſco, ſapore aromatico, odore grato.

* Angelicæ ſativæ, latum compreſſum, ſtriatum, & albicans, ſapor & odor aromaticus.

Aniſi vulgaris, oblonge rotundum, parvum, ſtriatum, ſubviride, dulce, aromaticum.

ſtellati, badiani, capſula ſeminalis ſtellam ſex ſeptemve radiis, tot grana continentibus, exhibet. Color ex fulvo fuſcus, ſapor aromatico dulcis.

* Apii ſaltivi, parvum, ſtriatum. Quatuor calidis minoribus accenſetur.

* Aquilegiæ, nigrum, parvum, ſplendens.

Avenæ.

* Bar-

* Bardanæ, oblongum, fuſcum, ſtriis nigris diſtinctum, ſapore amaricante.

* Baſilici, ocymi vulgatioris, parvum, nigricans, mucilaginoſum.

Cannabis ſativæ, parvum, rotundum, cinereum, oleoſum, dulce.

Cardui benedicti, oblongum, teres, ſtriatum, ſcopulam quaſi referens amarum.

Mariæ, oblongum, quodammodo compreſſum, fuſcum, mucilaginoſum, amaricans.

* Carthami, album, oblongum, angulare, dulce. Maturum & ponderoſum ſit.

Carvi, cari, cumini pratenſis. Inter IV. calida majora refertur.

Cicerum rubrorum.

* Citri, peramarum.

Citrulli, extus ex fuſco nigreſcens, intus album, ſubdulce. Ad IV. frigida majora pertinet.

* Cochleariæ, parvum, rotundum ex rubro fuſcum, ex acri amaricans.

Coriandri vulgaris, ſativi, rotundum, ſapor aromaticus.

Cu-

Cucurbitæ, planum, margine cinctum, album. Inter IV. frigida majora militat.

Cydoniorum, fulva, mucilaginoſa.

Cynæ, vel ſantonici, parvum, fuſcum, ex acri amarum.

Cumini Romani, oblongum, ſtriatum, ex flavo ſpadiceum, cimices redolens.

* Dauci Cretici, oblongum, ſuperiore parte acutius, incanum, ſapore ex acri aromatico.

Vulgaris, forma & ſapore cum Cretico fere convenit.

Erucæ, ſinapi hortenſis, parvum, rotundum, flaveſcens, acre.

Fabarum vulgarium albarum.

Fœniculi Cretici, oblongum, ſtriatum, ex cinereo ſpadiceum ex ſubacri dulce. Multo oleo dives eſt, atque a ſtipidibus purgatum ſit.

vulgaris, odor gratus, ſapor dulcis. Calidis IV. majoribus accenſetur.

Fœnu Græci, parvum, anguloſum, durum, flavum, mucilaginoſum, ſapore atque odore ingratis.

Hordei.

Hyo-

* Hyoſcyami albi, parvum, planum, reniforme, pallidum, oleoſum.

* Leviſtici, planum, membranaceum, oblongum, ſtriatum, pallidum, amarum, fragrans.

Lini ſativi, oblongum, planum, fuſcum, oleoſum.

Lycopodii, muſci clavati repentis, pulveris inſtar perparvum, ſubflavum.

* Malvæ, ſemilunare, fuſcum, mucilaginoſum.

Melonum, cucumeris ſemine craſſius atque pulpoſius. Ad frigida IV. maj. pertinet.

* Milii ſolis, lithospermi Cretici maj. rotundum, album.

* Napi ſativi, parvum, rotundum, ex rubro nigrum, ex acri amaricans.

Nigellæ, cumini nigri, anguloſum, rugoſum, nigrum, acre.

* Oryzæ.

Papaveris albi, parvum, oleoſum, dulce.

Petroſelini, parvum, oblongum, ſtriatum, ex ſubacri amarum

Poeoniæ, rotundum, piſiforme, ſubdulce.

Pſy-

Pſyllii, puliciforme, fuſcum, mucilaginoſum, ſubacre.

* . Rutæ, parvum, reniforme, nigrum, ſubacre.

Sabadilli, oblongum, nigreſcens, ſapor ex amaro acerrimus.

Staphidis agriæ, triangulare, aſperum, ex nigro griſeum, acre, odore ingrato.

* Tanaceti, ex fuſco flaveſcens, ſapor ex amaro aromaticus.

* Violarum, rotundum, albicans, oleoſum, ſubacre.

* Urticæ Romanæ, fuſcum, oleoſum, ſubacre.

## §. CXLVIII.

### Ligna.

Lignum aloës, agallochum. Odor fragrans, ſapor ex ſubacri amarus. Verum, ob pretium exorbitans, raro, ſi umquam, ad nos affertur.

Guaiaci, ſanctum, ponderoſum, reſinoſum & nigricans ſit. Saporem ex acri amarum præſtat, gratum odorem ſpargit.

Juniperi.

* Nephriticum, fuſcum, durum, grave, atque ex acri amaricans eſt.

Va-

Variis coloribus tinctura ejus aquoſa ludit.

Quaſſiæ; radix ejus lignoſa extus fuſca, intus alba, ſapore amariſſimo prædita eſt.

Rhodium, fuſcum, grave. Sapor ejus ex acri amaricans, & odor ſuavis eſt.

Santali albi, pars ligni exterior eſt. Sapor ex ſubamaro aromaticus, odor gratus; uterque tamen citrino debilior.

citrini, reliquis præſtantior. Sapor ſubamarus, odor fragrans eſt.

rubri, pars ligni interior, dura & gravis eſt. Integri color ſaturate ruber, comminuti, ab additamento ſalino, floride ruber.

Saſſafras, ſapor ex acri ſubdulcis, odor aromaticus, fœniculi æmulus.

## §. CXLIX.

### Cortices.

Cortices genuini bene ſiccati, & conſervati ſint.

Cortex caſcarillæ vel chacarillæ, color fuſcus, ſapor amarus.

Caſ-

Caſſiæ caryophyllatæ, canellæ Cubanæ, odor aromaticus, ſapor acris, caryophyllorum aromaticorum aemulus.

Ligneae, xylocaſſiæ, canellæ Malabaricae, ſapor mucilaginoſus & peracris.

Cinnamomi, canellae Zeylanicae, color ex flavo-rubeus, ſapor ex acri ſubdulcis, odor gratus, aromaticus. Oleo ſuo eſſentiali non orbatus ſit.

Chinae de China, Peruvianus, tener, cannulatus, ſubfuſcus, & ſapore ex amaro ſubadſtringente, non vero craſſus, planus & adſtringens, ſit.

Culilavan, caryophylloidis, color fuſcus, ſapor ex peracri amarus.

Fraxini, color ex cinereo ſubviridis, ſapor ex acri atque amaro adſtringens.

Guajaci ligni, color e cinereo rubeus, ſapor ex acri amareſcens.

Saſſafras ligni, odor aromaticus gratus, ſapor ex acri dulcis

Simarubae, fibroſus, pallidus, ſapor ex amaro ſubadſtringens.

Tamariſci fructicoſae, color ex griſeo

ſeo fuſcus, ſapor ex ſubacri ſubamareſcens.

Thymiamatis, thuris, color ferrugineus, odor ſuavis, ſapor ex acri amarus.

Winteranus, canella Magellanica, craſſus, cannulatus, extus cinereus, fungoſus, intus ſolidus & pallidus, ſapor ex peracri amareſcens.

## §. CL.

### Folia.

Folia rite ſiccata, bene aſſervata, nec vetuſtate corrupta ſint.

Folia aurantiorum.

Lauri.

Malabathri, oblonga, acuminata, denſa, glabra, tribus nervis a petiolo ad apicem excurrentibus prædita ſunt, ſapor gratus, odor aromaticus eſt.

Populi arboris oculi, gummoſo reſinoſi ſunt, ſuave olent.

Sennæ, caſſiæ foliis ſexjugis, ſubovatis. Alexandrina acuta, colore ex flavo ſubviridi, ſapore ex ſubdulci amaricante, nauſeoſo, prædita, Italica obtuſiora ac viliora ſunt. Utraque mundata ſint, ac petiolis careant.

Viſci querni, lanceolata, obtuſa ſunt.

§. CLI.

Baccae.

Baccæ maturæ, bene ſiccatæ, aſſervatæ, nec vetuſtate corruptæ ſint.

Baccæ alkekengi.
Ebuli.
Juniperi.
Myrtillorum.

§. CLII.

Nuclei.

Nuclei recentes, nec vetuſtate corrupti, aut rancidi ſint.

Amygdalæ amaræ.
dulces.
Nuclei perſicorum.
Pineæ.
Piſtaciæ.

§. CLIII.

Fructus & pulpæ.

Ex fructibus ſequentes in officinis ſervari poſſunt.

Aurantium, Curaſſavicum.

* Baniglia, vaniglia, eſt ſiliqua compreſſa, longa, fuſco-atra, ſaporis ſubacris, odoris aromatici.

Caricæ, vel ficus paſſæ, pingues, non ſiccæ verminoſæ aut vetuſtate corruptæ ſint.

Cardamomum minus; grana anguloſa, fuſca, thecis minoribus incluſa, odor gratus, ſapor aromaticus.

maximum, grana paradiſi, ſunt parva, triquedra, extus ſpadicea, intus alba, ſaporis acris.

Caryophylli aromatici, & anthopylli.

Caſſia fisſtularis, eſt ſiliqua longa, rotunda, nigricans in loculamentis ſuis pulpam nigreſcentem ex acido dulcem, una cum ſeminibus depreſſis, includens. Ejus pulpa non nimis vetus nec juſto ſiccior ſit.

Ceraſa acida ſiccata.

Citrus.

Tamarandi ſiliquæ, filamentis lignoſis prætextæ e fuſco nigricantes, non tam hæ, quam earum pulpa in officinis ſervatur; nigra & acida eſt; rob prunorum &c. non inquinata ſit.

## §. CLIV.

### Gummata.

Gummata pura, genuina, nec vilioribus adulterata ſint.

Gummi Arabicum, purum atque pellucidum ſit. Ceraſorum ſubſtituere ſolent.

Opopanax, in glebas compactum, graveolens, flaveſcens & ſaporis ex acri amaricantis eſt.

Sarcocolla, ſunt granula gummoſa, parva, friabilia, rufeſcentia, prædulcia.

Tragacantha communis.

Electa, eſt gummi leve, pellucidum, odore non ingrato.

## §. CLV.

### Gummi reſinæ.

De gummi reſinis idem valet, quod de gummatibus modo in commune dictum eſt.

Amoniacum, a quiſquiliis liberum ſit, ſapor ex amaro nauſeoſus, & odor gravis eſt.

depuratum.

Aſæ fœtidæ, Laſeris fœtidi, ex granis flaveſcentibus compoſita eſt, odorem alliatum ſpirat, & plus partium gummoſarum, quam reſinoſarum, continet.

Bdellii ex granis pellucidis concreta eſt, ferrugineo colore gaudet, ſapore atque odore myrrham æmulatur

Euphorbii, ex granis pellucidis conſtat, odore nullo, ſapore acerrimo ac nauſeoſo prædita eſt.

Gal-

Galbani, eſt ſuccus plus gummoſus, quam reſinoſus, colore ex flavo ſubfuſco, & ſapore ex acri amaro præditus.

Guaiaci, friabilis, nigreſcens eſt, prunis injecta gratum odorem ſpargit; nativa hæc a reſina, ſpiritu vini rectificatiſſimo ex ligno extracta, differt.

Guttæ, flava & acris eſt, multas partes gummoſas, paucas reſinoſas, continet.

Hederæ, color ex fuſco nigreſcens, ſapor ex acri amarus; multæ partes reſinoſæ, paucæ gummoſæ illi inſunt.

Ladani, ex griſeo nigreſcens, in ſpiras contorta, ſapore ex acri amaro prædita eſt, atque fragrantem odorem accenſa ſpargit.

Myrrhæ electæ, multas partes gummoſas, paucas reſinoſas, in ſinu ſuo fovet, ſaporem ex acri amarum præſtat, atque odorem gratum emittit. Ex hac liquamen myrrhæ vel oleum myrrhæ per deliquium paratur. Cum autem facile corrumpatur; ad uſus recens parandum eſt.

Sagapeni, color fuſcus, ſapor peracris, odor ingratus, porraceus.

Styracis calamitæ, ex flavo rubeſcens, ſapor ex acri dulcis, odor fragrans.

Tacamahacæ in glebas compacta, ex flavo rufa, ſapore ſubamaro, odore non ingrato, donata eſt.

 §. CLVI.

## §. CLVI.

### Reſinæ.

Reſinæ puræ, nec aliis vilioribus adulteratæ, ſint.

Reſina abietina, vel pini, colophonia, fuſca, friabilis.

Anime (vulgo gummi) arida, friabilis, ſapore terebinthinæ æmulo, odore fragrante.

Benzoe, aſa dulcis (vulgo gummi) arida, friabilis, fuſca, ſapore acri, odore ſuavi.

Ejus flores.

Camphora, reſina volatilis, vel oleum eſſentiale ſiccum eſt. Pura, candidiſſima ſit. Odor fragrans ſpecificus, ſapor ex acri amaricans.

Ialappæ, non duriuſcula, ſed fragillima, non obſcure, ſed dilutea fuſca nec pice aliave reſina adulterata ſit.

A Pharmacopeis tutius præparatur.

Iuniperi, ſandaracha Arabum (vulgo Gummi) pellucida, ſubflava, friabilis, accenſæ odor ſuavis.

Laccæ in granis (vulgo Gummi) ex fuſco rubeſcens, ſapor ſubadſtringens. Tabulis, Schellack, ex fuſco paratur.

Lacri-

Laricis, terebinthina cocta.
Lentiſci, maſtiche in ſorte.
in granis vel electa, alba, pellucida, friabilis, odore grato.
Olibani, thus (vulgo Gummi) duriuſcula, ſemipellucida. Sapor amaricans, odor accenſi fragrans.
Sanguinis draconis in granis (vulgo Gummi) ruber, ſapore adſtringente.
tabulis, arte factus, impurus, & in aqua ſolubilis eſt, ad ignem non ardet.
Scammonii, diagrydium, purum ſplendens, acre.

Sulphuratum.

## §. CLVII.

### Balſama.

Balſama naturalia genuina, non arte facta & probe conſervata ſint.

Ambra liquida, vel ſtyrax liquidus, reſina liquida, tenax, ex flavo - fuſca, ſapore ex acri aromatico, atque odore ſuavi prædita, ut plurimum vero ex ſtyrace, myrrha ac terebinthina arte factus eſt.

Balſamus de Copaiva, albus, clarus, fragrans, & in tincturis ſpirituoſo - alcalinis totus ſolubilis ſit. Aureo colore, majorique denſitate præditus deterioris indolis eſt.

Indicus ſiccus, fere pellucidus, recens ductilis, vetus friabilis, ſapor acris, odor ſuavis, benzoës aemulus, eſt.

Nuciſtæ, ex nucis moſchatæ oleo expreſſo ac ſtillatitio factus.

Orientalis vetus, de Mecha, opobalſamum, color ex flavo rubeſcens, melli fluido ſimilis, odor chærephylli æmulus, ſapor ex acri amareſcens. Vix unquam genuinus in officinis proſtat.

Peruvianus albus, color pallidus, odor ſuavis, ſapor ex acri amaricans eſt; huic balſamum de copaiva in officinis ſubſtituere ſolent

Niger, color ex nigro rubeſcens, ſapor ex acri amarus, odor fragrans, eſt. Mixtionem cum oleis expreſſis reſpuit.

Tolutanus, color ex flavo rubeſcens, odor fragrans, ſapor ex dulci aromaticus.

Terebinthina communis, alba, pura & fluida, ſit.

Veneta, pura, liquida, odore fragrans, ſupore ex acri amaro.

Balſama artificialia:

Balſamus Arcaei.

Sulphuris amygdalatus.

Aniſatus.

Terebinthinatus.

Vitæ Hoffmanni.

§. CLVIII.

## §. CLVIII.

Animalia.

In officinis ſequentia inſecta atque amphibia aſſervantur.

Aſelli, vel millepedis integri.
    præparati.

Coccinilla vel cochinilla, quæ integra, granulata, externe albicans, & trita purpurea, ſit, ac ſalivam colore ex fuſco-rubente maſticata inficiat. Ex hac, vel ſantalo rubro, lacca Florentina paratur, quæ levis & pulchre rubens ſit.

Lumbrici terreſtres exſiccati.
Viperæ Italicæ.

## §. CLIX.

Animalium partes.

Ex animalibus deſumpta hæc officinalia ſunt.

Axungia piſcis aſciæ.
    Caſtorei.

Axungia Viperarum Caſtoreum, ponderoſum, fuſcum, graveolens atque amarum ſit.

Fel tauri inſpiſſatum.

Ichthyocolla, vel colla piſcium, alba, ponderoſa, ſolida, totaque ſolubilis ſit.

Oſſa: Eboris raſura.

Cornu cervi raſura.

Philoſophice præparatum.

Uſtum

Sepiæ.

Unicornu verum, marinum, dens teres, ſtriatus & tornatilis, ex mandibula ſuperiore ceti narhval eſt.

Foſſile, ſunt dentes, maxillæ, cornua aliaque oſſa animalium foſſilia, fragilia & moſchum quodammodo redolentia.

Sperma ceti, album, pinguedinoſum, ex tenuibus lamellis compoſitum, non vetus & rancidum ſit.

§. CLX.

## §. CLX.

### Animalium producta.

Inter animalium producta officinis pharmacevticis inſervientia hæc referuntur:

Bezoar occidentale, ex lamellis compoſitum, fragile, leve, coloris cinerei, viridiſcentis vel nigreſcentis, eſt, & peregrini aliquid intus concludere ſolet.

Orientale, lamellatim concretum, leve, glabrum, ac durum, eſt; corpori albo affrictum lineam ex luteo-viridem relinquit, ac ſpiritum nitri ac ſalis, in iis ſolubile, rubro colore imbuit.

Cera alba.

Citrina.

Chermes, Kermes vel tinctorum grana, integra & rubicundo fuſca ſunt.

Concharum teſtæ præparatæ, in acido ſolubiles, nec terreis adulteratæ ſint.

Gallæ turcicæ, parvæ, duræ, ponderoſæ, nodoſæ & nigreſcentes ſint.

Lapides cancrorum præparati, de quibus modo dictum quoque valet.

citri acido ſaturati.

Margaritæ occidentales.

Mel ſimplex.

Roſarum, ex illo & roſarum rubrarum foliis conficitur.

Mo-

Moſchus Alexandrinus eſt ſubſtantia granuloſa, pinguis, ſapore ex ſubacri amaricante, odore ſpecifico, fragrantiſſimo. Globulos Moſchatos ingreditur.

Zibethum, fuſcum, unctuoſum, amaricans, fragrans, & papyro affrictum ſine craſſamento, ſolubile ſit.

## §. CLXI.

### Aceta.

Aceta ſimplicia pura, debitoque acore prædita ſint, & compoſita ingredientium ſaporem præſtent, odoremque ſpargant; nec turbida, corrupta aut vappida ſint

Acetum bezoardicum, per infuſionem paratum.
Lavendulæ.
Lithargyrii.
Roſarum.
Rubi Idæi.
Rutæ.
Squilliticum.
Vini.
—— deſtillatum.

Ex aceto & melle oxymel ſimplex, & addita radice ſquillæ, oxymel ſquilliticum conficitur.

## CLXII.

### Aquæ ſtillat ſimplices.

Pharmacopolia multis aquis ſtillatitiis ſimplicibus, maxime ex rebus ſale volatili & oleo eſſentiali carentibus, factis, adeoque nec ſapore nec ſapore nec odore præditis, vel etiam nimia aquarum ſapidarum atque odoriferarum copia onerare, minime conſultum eſt. Nec alium forte illæ uſum haberent; niſi ut, parum, vel prorſus non, in uſum tractæ, denique corrumpantur, perditisque opera ac ſumptibus, effundendæ ſint. In iis præparandis non tam ut earum copia, ſed virtus, obtineatur, allaborandum eſt. In vaſis vitreis vel cupreis ſtanno puro largiter obductis, ſine interjecta mora, deſtillationi ſubiiciantur; ne contagium metallicum nocivum contrahant. Non juſto debiliores, nec turbidæ aut corruptæ; ſed, pro ingredientium ratione, ſapidæ vel odoriferæ, aut utraque qualitate præditæ, quod adjectis litteris ſ. & o. indicatum, & aſſervatæ ſint.

Aqua acaciæ florum, ſ. o.
* Acetoſæ
* Anethi, ſ. o.
Aniſi, ſ. o.
* Bellidum minorum.
* Borraginis.

* Cardui benedicti, ſ.
* Carvi, ſ. o.
Caryophyllorum aromaticerum, ſ. o.
Ceraſorum nigrorum, o.
Chærefolii, o, ſ.
Chamomillæ, ſ. o.
* Cichorii.
Cinnamomi, ſ. o.
Cornu cervi citrata.
* Ebuli
* Fabarum florum.
Fœniculi, ſ. o.
* Fragorum.
Fumariæ.
Galegæ, ſ. o.
Hyſſopi, ſ. o.
* Lavendulæ, ſ. o.
* Liliorum alborum.
* Convallium.
Majoranæ, o. ſ.
* Matricariæ
Meliſſæ, ſ. o.
Menthæ, ſ. o.
Millefolii.
Naphæ florum, o.
Papaveris erratici.
Petroſelini, ſ. o.
Plantaginis.
* Pœoniæ florum.
* Prunellæ.

* Pulegii

* Pulegii.
Roſarum, ſ. o.
Rubi idæi, ſ. o.
* Rutæ.
Salviæ, ſ. o.
Sambuci florum, ſ. o.
Scordii, ſ. o.
* Serpilli, ſ. o.
* Spermatis ranarum.
Tiliæ florum, ſ. o.
* Verbenæ.
Veronicæ.
Ulmariæ, ſ. o.

## §. CLXIII.

Olea eſſentialia, ſtillatitia.

Olea eſſentialia, ſtillatitia, ſpiritu terebuithinæ, oleis expreſſis v. c. de been, non facileranceſcente, ſuorum ſubjectorum extractis, & ſpiritu vini rectificatiſſimo adulterantur; quæ fraudes, pro corruptionis diverſitate, odore alcohole vini, & aqua detegi poſſunt. Pauca, quæ in frequentiore uſu ſunt, a pharmacopeis tutius præparantur.

* Oleum abſinthii, viride eſt.
Anethi.
* Aniſi, album eſt, & in frigore ſpiſſeſcit.
Anthos, vel rorismarini.

Auran-

Aurantiorum expreſſum, de Pergagamo, leve eſt, & elaeoſacharis parandis idoneum.

ſtillatitium; ingratum eſt.

* Calami aromatici.

* Caiepur, vel cardamomi longi.

* Cardomomi minoris.

Caryophyllorum aromaticorum, grave eſt, & in aqua fundum petit.

De Cedro, citri eſſentiale expreſſum, leve eſt, & aquæ ſupernatat, elæoſaccharis conficiendis inſervit.

Chamomillæ vulgaris, cæruleum eſt.

* Chærefolii.

Cinnamomi, grave & percarum.

* Citri corticum.

* Coriandri.

* Cubebarum.

* Cumini, rubeum eſt.

Fœniculi, dulce eſt & in frigore coagulat.

* Hyſſopi.

Iuniperi e baccis, ſubviride eſt.

Lavendulæ.

* Lauri e baccis.

* Ligni rhodii.

Saſſafras, grave eſt & in aqua ad fundum agitur.

Macis.

* Maioranæ

Meliſ-

Meliſſæ. Oleum fecum vini meliſſa impræegnatum ſubſtitui ſolet.
Menthæ criſpæ, viride eſt, & ingratum odorem ſpargit.
* Millefolii, ſubcæruleum eſt.
Origani Cretici, rubeum & peracre eſt.
Nucis moſchatæ.
* Petroſelini.
Pini.
* Piperis dulce eſt.
* Pulegii.
* Rutæ, in frigore coagulat.
* Sabinæ.
* Salviæ.
* Satureiæ.
Spicæ, ſeu lavendulæ anguſtifolio, Oleum terebinthinæ a ſpica abſtractum ſubſtituunt.
Terebinthinæ, vel ſpiritus terebinthinæ.
* Thymi.

## §. CLXIV.

### Olea ſtillatitia empyreumatica.

Olea ſtillatitia empyreumatica acria ſunt, atque odorem ingratum, empyreumaticum, ſpargunt; quod tamen in rectificata non æque cadit.

* Oleum betulinum, Krumholzöhl.
Ceræ
Rectificatum
Cornucervi, ſubtiliori oleo ſuo non orbatum ſit.
Rectificatiſſimum, oleum animale Dippelii, album, pellucidum eſt, ſubdulce ſit. In vitris minoribus, plenis, probe obturatis aſſervandum eſt; ne aëris acceſſu rufeſcat & vires perdat.
Ligni guaiaci.
* Maſtiches.
Philoſophorum.
Tartari fœtidum.

## §. CLXV.

Olea expreſſa.

Olea expreſſa ex ſeminibus & fructibus recentibus, non corruptis, præparentur, pura, vilioribus non adulterata, recentia nec rancida ſint.

Oleum amygdalarum dulcium. Ex hoc, oleo citri expreſſo, camphora & radice alkannæ

Bezoardicum Wedelii fit.
* Cacao, vel butyrum cacao.
* Hyoſcyami ſeminis.
Laurinum.
Lini.
Nucis moſchatæ.
Nucum iuglandium.
Olivarum, papaveris oleo adulterari ſolet.
Ovorum, oleo amygdalarum, olivarum &c. inquinari ſolet.
Palmæ, flavum eſt, & ireos Florentinæ rudicem redolet.
Papaveris ſeminis.

## §. CLXVI.

Olea cocta.

Ex oleis coctis hæc uſitatiſſima ſunt, & partim coctione, partim leni digeſtione parantur.

Oleum abſinthii.
Anethi.
Chamomillæ.
Hyperici, rubeum eſt.
Liliorum alborum.
* Linariæ, viride eſt.
Lumbricorum terreſtrium.
Maſtichinum
Menthæ, viride eſt.

Momordicæ.
Roſarum, ſubviride eſt.
Scorpionum.
Verbaſci florum.

## §. CLXVII.

### Eſſentiæ.

Eſſentiæ, pro ingredientium differentia, ſpiritu vini rectificato, vel rectificatiſſimo, & vulnerariæ ſine ſale alcalino, rarius aqua paratæ, & ritæ ſaturatæ ſint.

Eſſentia abſinthii compoſita.
ſimplex.
* Adianthi albi.
Alexipharmaca Stahlii ordinaria
temperata.
* Ambræ.
Ammoniaci Gummi.
* Angelicæ.
Ariſtolochiæ rotundæ.
Aſæ dulcis, benzoës, ſimplex.
fœtidæ
* Cardamomi
Balſami Peruviani.
* De Copaiva.
Caſcarillæ.
* Catechu.
Cardui benedicti.
Caſtorei ſimplex.

Cen-

Centaurei minoris.
Chinæ corticis, Peruviani.
Cinnamomi.
Citri corticum.
Croci orientalis
Enulæ radicum.
* Fuliginis Clauderi, quæ aquoſa eſt.
Gentianæ rubræ.
Ialappæ radicum.
Hirundinariæ, vincetoxici, radicum.
* Hyperici
* Ligni aloës
guaiaci.
Saſſafras.
Lignorum.
* Macis.
* Maſtiches.
Myrrhæ cum alcali.
ſine alcali.
Pimpinellæ albæ radicum.
Populi oculorum, vulruraria.
* Santonici ſeminis.
Scordii.
Succini cum alcali.
ſine alcali.
Theriacalis.
* Trifolii fibrini.
Tormentillæ.
Zedoariæ.

 §. CLXVIII.

## §. CLXVIII.

### Tincturæ.

Tincturæ officinales conveniente menſtruo ac methodo factæ, rite ſaturatæ & probe ſervatæ ſint.

Tinctura antimonii acris ſaturate rubra ſit.

Tartariſata.

Benzoës.

Bezoardica Wedelii.

Catechu.

Coralliorum.

Laccæ.

Martis aperitiva.

Mettallico ſaponacea Dippelii, ſapo chemicus, ſaturate rubra ſit.

Papaveris erratici.

Rhabarbari, anima rhabarbari, alcalina eſt; ſed pro re nata, cum cremore tartari vel ſale mirabili Glauberi &c. præparari poteſt.

Salis tartari.

## §. CLXIX.

### Mixturæ.

Mixtura ſimplex ordinaria, ſeu ſpiritus diatrion.

* Temperata; hæc loco ſpiritus theriacalis eſſentiam alexipharmacam Stahlii eadem quantitate contine.

* Peto-

* Pectoralis Wedelii
* Polychreſta Halenſium, vulgo Milz-Eſſenz, ex mixtura ſimplici temperata atque extracto panchymagogo Crollii fit.
Tonico - nervina Stahlii.

§. CLXX.

Elixiria.

Elixiria colore obſcuriore minus elegante, e. g. fuſco, obſcure viridi, nigricante, quam eſſentiæ atque tincturæ gaudent. Eorum menſtrua pro ingredientium diverſitate, ſpirituoſa, vinoſa, aquoſa, vel mixta, ſunt.

Elixirium antifebrile.
aperitivum Clauderi.
Balſamicum Hoffmanni ſpirituoſum.
viniοſum.
Sydenhami, laudanum liquidum.
Pectorale Wedelii.
Proprietatis cum rhabarbaro.

§. CLXXI.

Aquæ compoſitæ.

Aquæ compoſitæ vinoſæ vel ſpirituoſæ vino non oligophoro, & ſpiritu vini, puris, non

non antea ab aliis rebus abſtractis, præparatæ, rite ſaturatæ ac bene aſſervatæ, claræ, non turbidæ ſint, nec empyrevma redoleant.

Aqua Anhaltina.
Apoplectica ſpirituoſa.
Embryorum.
* Carbunculi.
* Carminativa per infuſionem.
Cinnamomi cydoniata.
vinoſa.
* Epileptica Langii.
Hungarica, vel ſpiritus anthos.
Liliorum convallium cum vino.
* Maſtichina.
Meliſſæ cum vino.
Menthæ cum vino.
Theriacalis.
Veronicæ cum vino.
Vulnerariæ Gallorum (eau d'arquebuſade)
* Zedoariæ vinoſa, ſimplex.
* aniſata.

## §. CLXXII.

Spiritus phlogiſt. & abſtractitii.

Ingredientibus ſuis ſpiritus inflammabiles atque abſtractitii ſatis ſaturati, & moderato igne præparati ſint; ne partibus aquoſis vel empy-

empyreumaticis juſto debiliores vel nauſeoſi fiant.

Spiritus angelicæ,
Aniſi.
* Aurantiorum corticum.
* Carminativus Sylvii.
* Citri corticum.
Cochleariæ.
* Fœniculi.
* Hyſſopi.
* Iuniperi e baccis.
Lanvendulæ.
Liliorum convallium
* Lumbricorum terreſtrium vinoſus vel ſimplex.
Maſtichinus.
Matricalis, pellucidus manet.
* Meliſſæ.
* Menthæ.
* Roſarum.
* Sambuci e floribus.
Serpilli.
Theriacalis.
Vini rectificatus.
Rectificatiſſimus, alcohol vini; in quo ſatartari ſiccus meneat.
Camphoratus.
Crocatus.

 §. CLXXIII.

## §. CLXXIII.

Spiritus acidi & acido phlogiſtici.

Spiritus nitri vulgaris, non juſto debilior ſit.

Concentratus ſeu fumans.

Dulcatus; acidum non ſapiat.

Naphta nitri, ſervatu difficilis.

Salis, non juſto debilior ſit.

Dulcatus; phlogiſton non ante tenet.

Sulphuris per campanam.

* Tartari rectificatus, acido empyreumaticus eſt, vitriolatus, aperitivus Penoti.

Carminativus de tribus; ex ſpiritu vini, acido nitri & tartari, ſine alcali fixo parandus.

Formicarum, ex ſpiritu vini atque acido volatili conſtat.

Vitrioli vid. ſub ſalibus ſtypticis §. CXXXI.

dulcis. Ibid.

## §. CLXXIV.

Spiritus urinoſi.

Spiritus urinoſi rite ſaturati, atque ab empyreumate ſufficienter liberati ſint.

Spi-

Spiritus cornu cervi rectificatus.
Fuliginis.
Salis ammoniaci aniſatus.
Cum calce viva paratus.
Vinoſus
Bezoardicus Buſſii ſpirituoſo ammoniacalis eſt.

## §. CLXXV.

### Liquores.

Liquor cornu cervi ſuccinatus, melius digeſtione præparatur. Color albicans, & odor non adeo empyreumaticus ſit.
Nitri fixi, vel alcaheſt Glauberi.
Salis tartari, vel oleum tartari per diliquium.
Terræ foliatæ tartari, albus, rite ſaturatus ſit, & ſyrupi violarum colorem non mutet.

## §. CLXXVI.

### Julepi.

Julepi ex aqua quadam odorata & ſaccharo confecti, leniſſima evaporatione ad ſyrupi conſiſtentiam redacti ſint.
Julepus roſarum.
* Sambucinus.
Violarum.

## §. CLXXVII.

### Syrupi.

Cum ſaccharum partes gumoſo-reſinoſas, aromaticas, & ſalinas vegetabilium ſolvat & ſervet; ſyrupi efficacibus pharmacis accenſendi ſunt. Ad juſtam autem conſiſtentiam coquendi ſunt, ne juſto humidiores, loco humido aſſervati, & raro in uſum adhibiti, humdidatem ex aëre attrahentes, corrumpantur, vel ex fructibus dulcibus facti fermentationem ſubeant, aut coctione plus juſto ſpiſſati, veteris mellis inſtar, æſtate cryſtallos ſaccharinas forment. Ingredientium vegetabilium atque ſacchari proportio in diſpenſatoriis propoſita v. c. ut x. ad xvi. &c. tam accurate obſervari nequit; ſed pro illorum qualitate hujus quantitati modo aliquid addendum, modo demendum eſt.

* Syrupus abſinthii compoſitus.
Acetoſitatis citri, haud corrumpitur.
De althæa Fernelii.
De ammoniaco.
Aurantiorum corticum, iuſto ſiccior cryſtallos ſaccharinas format.
Berberum, conſervatu facilis.
* Bryoniæ.
Capillorum veneris ſimplex, corruptionem non ſubit.

Car-

Cardui benedicti-
Ceraſorum acidorum, iuſto liquidior fermenteſcit.
* Chamomillæ.
* Chermes, ex æquis ſucci chermes, & ſacchari portionibus parandus.
De cichorio cum rhabarbaro.
Cinnamomi.
E toto citro, ſervabilis.
Citri corticum.
Cochleariæ, cum dupla ſacchari portione conficiendus.
* Contrayervæ.
* Corraliorum.
Corticis chinæ, de china. Peruviani, cum dupla ſacchari portione conficiendus.
* Cydoniorum.
* Diacodion, de capitibus papaveris.
Enulæ, helenii.
De eryſimo Lobelii.
* Farfaræ.
Fragorum.
De fumaria.
* Glycyrrhizæ.
* Granatorum,
De iuiubis, iuſto liquidior, fermentationem ſubit.
De manna laxativus.
* De mentha.

Moro-

Mororum, haud corrumpitur.
* Myrtillorum, æque ſervabilis.
* Nuciſtæ.
Papaveris albi.
erratici, ſervatu facilis.
* Pœoniæ Florum.
De Vradicibus aperientibus.
Ribium, ſervabilis.
* Roſarum rubrarum, per infuſionem.
pallidarum, vel ſolutivus; juſto ſpiſſior cryſtallos ſaccharinas deponit,
Rubi idæi, ſervatu facilis.
* Scelotyrbicus Foreſti.
De ſcilla.
* De ſtoechade.
Scordii.
* De ſymphyto Fernelii.
* Tunicarum florum.
Violarum, ſervabilis eſt.

## §. CLXXVIII.

### Rob.

Rob vel rohob ſunt ſucci diuturniore coctione inſpiſſati, conſervatu faciles. Sed vegetabilium ingredientium colores in obſcuriores mutantur.

Rob acaciæ noſtratis.
* Berberum.
Ceraſorum.
* Cydoniorum.
Ebuli.
* Iuniperi.
Loch ſanum & expertum, facile corrumpitur.
Mororum.
* Nucum.
* Prunorum Damaſcenorum.
* Ribium.
Rubi idæi,
Sambuci.
* De ſpina cervina. Cavendum, ne ad uſus internos ille rhamni cathartici ſuccus inſpiſſatus adhibeatur, qui, in pictorum gratiam, in vaſis cupreis diutius relictus fuit (Saftgrün) & ærugine inquinatus eſt.

## §. CLXXIX.

### Electuaria.

Electuaria mediae inter bolos atque ſyrupos conſiſtentiae ſint, ut ſpatula, ſine defluxionis metu, ex vaſe promi queant. Ob ſpiſſiorem conſiſtentiam ſervatu facilia ſunt; ſi a loch, quod ſanum & expertum nominant, receſſeris.

Electua-

Electuarium diaſcordion Fracaſtorii.
De manna.
Mithridatium Damocratis.
Tamarindorum.
Theriaca Andromachi.
Cœleſtis.

## §. CLXXX.

Unguenta.

Unguentum album cum camphora.
ſimplex.
Aegyptiacum.
* Alabaſtrinum.
Apoſtolorum.
Baſilicum.
Dialthææ.
Digeſtivum.
De linaria.
De lithargyrio,
Majoranæ, butyrum majoranæ.
De minio cum camphora.
Nervinum.
Pomatum.
Populeum.
Purpureum F. Wurtzii.
Rubrum potabile, butyrum rubrum potabile viride potabile, butyrum viride potabile.
Uvarum.

## §. CLXXXI.

Succi inſpiſſati.

* Succus acaciæ, ſapor ex ſubdulci auſterus, baud ingratus.

Aloë hepatica, gummoſo reſinoſa, ex fuſco flaveſcens, amariſſima, fragrans.

Soccotrina, lucida ex fuſco nigricans, peramara fragrans.

Catechu, vel terra Japonica, reſinoſo gummoſa, dura, ex rubro nigricans, ex amaro auſtera.

Cucumeris agreſtis, elaterium nigrum, ex dulci amareſcens.

hypociſtidis, niger, ex acido auſterus.

Liquiritiæ, ex amaricante dulcis.

Manna, eſt ſuccus natura concretus, dulcis, Calabrina duriuſcula & translucens.

Flecta.

Papaveris orientalis, opium, nigrum, ſapore ex acri amaricante, odore gravi, narcotico. Turcicum fuſcum, purius atque odoratius eſt.

## §. CLXXXII.

Fxtracta.

Extracta conveniente menſtruo, non alcalino, lenique evaporatione, præparata atque ad debitam conſiſtentiam reducta, nec vitioſa præparatione, vetuſtate aut malâ aſſervatione, inprimis aquoſa, corrupta ſint.

Extractum abſinthii.

Aloës aquoſum.
Chinæ de china, corticis Peruviani.
Cardui benedicti.
Caſcarillæ.
Centaurii minoris.
De cicuta, conii maculati.
* Colocynthidis.
Cochleariæ.
* Caſtorei.
Catholicum.
Croci orientalis.
Fumariæ.
Gentianæ rubræ radicum.
Hellebori nigri radicum.
* Nicotianæ.
Opii aquoſum.
Panchymagogum Crollii.
* Scordii.
Tormentillæ.
Trifolii Fibrini.

## §. CLXXXIII.

### Emplaſtra.

Emplaſtra recta conſiſtentia gaudeant, eorumque ingredientia, inprimis gummata ac reſinæ, inter ſe probe mixta ſint, ut diſciſſa maſſæ homogenæ ſpeciem præ ſe ferant.

Emplaſtrum album coctum.
* De betonica, ex obſcuro viride.
Cephalicum Schroederi, nigreſcens, fragile.

De-

De cicuta, ex nigro virens, odor ſpecificus.
Citrinum, ceræ flavæ ſpeciem præ ſe fert.
De cruſta panis, fuſcum, odore grato.
Defenſivum rubrum.
De galbano crocatum Mynſichti, obſcure fuſcum, molliuſculum; in juſto duriore galbanum, ob pretium, male omiſſum eſt.
Diachylon compoſitum, cum gummatibus, flavo colore præditum, ſimplex albidum.
Diaphoreticum Mynſichti, flaveſcens, odor balſamicus, gratus.
* Diapompholygos, griſeum.
* Ad fonticulos, rubrum.
De hyoſcyamo, obſcure virens,
Ad hernias, obſcure rubrum, odor gratus.
* De lauri baccis, obſcure fuſcum.
* Malacticum cum gummi, flavum, odorem gratum ſpargens.
* Mammillare, fuſcum, molliuſculum.
De minio rubrum.
* Opodeldoch, fuſcum & durum.
Oxicroceum, ex fuſco rubeſcens; in rubro orleana croco male ſubſtituta eſt.
De ranis cum mercurio.
ſine mercurio, griſeum & durum eſt; eique emplaſtrum diapalmæ ſubſtitui ſolet

Diapalmæ, diachalciteos, durum & pallide flavum

Saponatum Barbette, rubeſcens.

De ſpermate ceti, durum ſubflavum,
ranarum, album.

* Saturninum Mynſichti, obſcure fuſcum.

Stomachicum, ſubflavum, grato odore præditum.

Stypticum Crollii, obſcure rubrum.

Diaſulphuris Rulandi, durum, ex nigro fuſcum.

Veſicatorium.

## CLXXXIV.

### Sapones.

Sapones puri ſint, legitima conſiſtentia gaudeant, nec ad aërem liberum madeſcant.

* Sapo tartareus, correctorStarkeyanus.
venetus, albus & purus ſit.

## §. CLXXXV.

### Pilule officinales.

Pilulas, pro connexis, recentes conficere, utique præſtat. Cæteroquin tamen quædam earum compoſitiones in uſus adeo frequentes tractæ ſunt; ut earum maſſes officinæ vix ſuperſedere poſſint; quo ſequentes referimus.

Pilulæ de ammonico.

Balſamicæ Becheri. Harum variæ admodum formulæ ſunt, in officinis igi-

igitur, ad quamnam præparentur, ſciſcitandum eſt; ut, re exigente, emendetur, atque ad normam deſideratam redigatur.

De cynogloſſa.
Peſtilentiales Ruffii.
Polychreſtæ balſamicæ.
* Starckeyanæ.
* Spleneticæ.
De ſtyrace
De ſuccino Cratonis.

§. CLXXXVI.

Condita, confectiones, conſervae.

Ne præparatis ex ſaccharo officinæ pharmacevticæ nimis graventur; cupedinariis plurimas confectiones ſiccas, radices ac fructus conditos, relinquendos eſſe, cenſeo. Conſervæ vetuſtate non juſto ſicciores ſint.

Conditi cortices aurantiorum
* citri, ejusque caro.
* Fructus berberum.
Ceraſ. acid.
Cydoniorum, horumque panis.
Nuc. jugland.
Ribeſ.
* Rubi idæi.
Conditæ radices calami aromatici.
* Cichorei.
* Enulæ.
Zingiberis.
Confectio alkermes incompleta.
De hyacintho incompleta.

Con-

Conſerva cochleariæ.
* Millepedum.
Roſarum pallidarum.
Rubrarum.
* Tunicæ florum.

## §. CLXXXVII.

### Rotulæ.

Rotulæ ſunt medicamentum ſiccum, orbiculare, ex variis ſpeciebus & ſaccharo, aqua ſtillatitia ſoluto, coctione factum; non præparatione, ſed forma, a morſulis differunt. Aromata aliaque, quorum vis in volatili reſidet, ſaccharo ad debitam conſiſtentiam cocto, non ſuper ignem, admiſcenda ſunt.

Rotulæ berberum ex ſucco
diaireos
* De rhabarbaro.
Contra vermes.

## §. CLXXXVIII.

### Morſuli.

In morſulis aromata aliaque, quorum vis in volatili reſidet, ſaccharo ad rectam conſiſtentiam cocto, non ſuper ignem, addenda ſunt.

Morſuli Antimoniales, vel reſtaurantes, Kunckelii. In horum præparatione Antimonium cum ſaccharo non ſuper ignem miſceatur; ne emetici fiant, & loco amygdalarum vel pinearum facile ranceſcentium, cortices conditi melius ſumuntur.

Im-

* Imperatoris.
Purgantes.

§. CLXXXIX.

Paſtæ.

Paſta althææ { pâte de guimauve.
Liquiritiæ { pâte de regliſſe.
Paſtilli pro fumo communes.

§. CLXXXX.

Trochiſci.

Trohiſci ſunt paſtilli ex pharmacis pulveratis & mucilagine v. c. tragacanthæ facti, variisque virtutibus, pro ingredientium natura, gaudent.

*Trochiſci alhandal
anthelmintici; omiſſis C. C. philoſ. præp. & conſerva roſ. rubr.
* Becchici albi.
nigri.
* De cremor. tartari.

§. CXCI.

Farinæ.

Farinæ officinales non adulteratæ, aut vetuſtate malaque aſſervatione, corruptæ ſint.
Farina, amylum.
Fabarum.
Fœnu Græci.

§. CXCII.

Pulveres officinales.

Pulveres, volatilia v.c.ambram, moſchum, camphoram, olea eſſentialia, herbas & flo-

res nervinas, atque ſemina oleoſa in mixtione ſua habentes, melius recentes præparantur. Ceteroquin in uſitatiorum numerum ſequentes veniunt.

Pulvis abſorbens Wedelii
antiſpasmodicus Stahlii, ex æqualibus nitri antimoniali & nitri depurati partibus & duodecima cinnabaris præparatæ paratur.
* Bezoardicus Wedelii major.
* minor.
* Sennerti.
* Cacheſtius Quercetani.
Contra caſum.
Epilepticus Marchionis.
Pannonicus ruber.
* Squillæ compoſitus.
Stomachalis Birckmanni.
* Contra vermes.

## §. CXCIII.

Species.

Species, in quarum mixtionem aromata atque vegetabilia nervina veniunt, melius recentes parantur.

Species pro cataplaſmate.
Cephalicæ pro cucuphis.
Pro gargariſmate adſtringente.
emolliente.
De hyacintho.
Specificum cephalicum Michaëlis.